



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 122. Leonardi Coquæi Ord. Eremitarum S. Augustini obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

bant, ne fidei nostræ, necnon Religio- Sæc. XVII.  
nis Catholicæ hostes, ad quos hic li- A. C. 1615.  
ber pervenit, eodem contra Monachos  
& Ecclesiam abuti præsumant. Per-  
pensis igitur hisce, aliisque rationibus,  
perceptisque illorum quatuor Docto-  
rum, quibus hujus libri examen erat  
commissum judiciis, Facultas die pri-  
ma Augusti infamem hunc partum mul-  
tis propositionibus erroneis, contume-  
liosus, scandalosis, & periculosis sca-  
tentem proscripsit. Obstiterant equi-  
dem Poggius, & Loppeus Doctores,  
qui hunc librum approbarunt, nihilo-  
minus Facultas hanc censuram die pri-  
ma Octobris confirmabat.

## §. CXXII.

*Leonardi Coquæi Ord. Eremitarum  
S. Augustini obitus.*

Pauci admodum ex Scriptoribus Ec- *Miræus*  
clesiasticis, qui hoc anno obiire, *Script.*  
occurrunt, his tamen præcipue accen- *Sæc. XVII.*  
feri meretur Leonardus Coquæius non  
procul Aureliis conspicua Franciæ urbe  
natus. Hic omni scientiarum genere  
imbutus, linguas Græcam, Hebraicam,  
Syriacam, & Chaldaicam eadem, qua  
vernaculam, felicitate loquebatur. Por-  
ro adolescens Ordinem Fratrum Eremi-  
tarum Sancti Augustini professus, varia

Sæc. XVII. Ordinis sui officia, & Cathedras mo-  
 A. C. 1615 derabatur, tandem vero anno Christi  
 millesimo quingentesimo nonagesimo  
 quinto Florentias evocatus, Christi-  
 næ Lotharingiæ Ferdinandi Ducis Con-  
 jugi a Confessionibus erat, ibidemque  
 vitæ suæ annos beata morte claud-  
 bat: Præter locupletissimam Bibliothe-  
 cam, quam ex præfatæ Ducissæ muni-  
 ficentia Florentiis instruxerat, posteris  
 reliquit Commentarios *in libros S. Au-  
 gustini de Civitate Dei*, necnon *in Es-  
 dram*: scripsit etiam quæstiones *de divi-  
 næ Gratiæ Auxiliis*, præter duos tomos  
 polemicos contra Philippum Mornæum  
 Calvinistam. Stylum quoque strinxe-  
 rat in Jacobum I. Angliæ Regem edito  
*examine Præfationis monitoriæ*, quam idem  
 Rex suæ apologiæ præmiserat.

*Vid. Supra  
 Lib. 187.  
 S. 75.*

## §. CXXIII.

*Quidam Scriptores e Societate hoc  
 anno defuncti.*

*Alegamb.  
 Script. Sec.*

Quorundam etiam obitum hoc anno  
 Societas planxerat, & primo qui-  
 dem Sebastiani Barradæ, qui *commen-  
 taria in concordiam & Historiam Evange-  
 licam*, necnon *itinerarium filiorum Israel  
 ex Ægypto* typis vulgabat, obiit die de-  
 cima quarta Aprilis annos natus septua-  
 ginta tres. Romæ autem die decima  
 quarta